

gloriam, & honorem, qui inde ei provenit: ac benedictionem omnium donorum, quae ex eius morte hominibus impensa est: Cur ergo etiam eius charitatem non celebrant, cum ex ea tot miri excessus, ac affectus pullulaverint? alta sane consideratione cives caelestes in suo Cantico charitatem praetermittunt. Christus tempore mortis in omnibus suis virtutum magnalibus iusticia, fortitudinis, ac sapientiae maxime sibi complacuit. At eximius eius amoris affectus comparatione facta cum suo vehementi desiderio homines diligendi quodammodo videbatur tanto desiderio non coaerari. Inde omnes aliae virtutum eminentiae decantantur, charitas tamen in Cantico praetermittitur cum quodammodo, ac secundum nostrum dicendi modum, vehementi desiderio homines diligendi non proportionatur.

257. Sapia munit, & firmat regna. Galliod.

28. Isai. 8.

Septuag.

Matth. 1.

Sapientes, fortissimi muri reipublicae.

D. Chryl.

259. Deut. 33.

Lyras, Hugo, Abulens, Lorin. Doctoris cadaver corroboret principatum.

simus, ut simul uno ictu percuteret caput hominis cum brachio.

Apoc. 5. n. 13. Et omnem creaturam, quae in caelo est, & super terram, & sub terra, & quae sunt in mari, & quae in eo omnes audi vi dicentes: sedenti in throno & Agno benedictio, & honor, & gloria, & potestas, in saecula saeculorum.

Num. 14. Et quatuor animalia dicebant Amen, & viginti quatuor seniores ceciderunt in facies suas, & adoraverunt viventem in saecula saeculorum.

VERSIONES.

Syrus. Et audivit eum, qui sedet super thronum dicentem, Agno detur benedictio.

Tertull. ad Agno sit honor, gloria, claritas, dignitas, potestas. nunc & in saecula saeculorum Amen.

Arabicus. Quodque in manibus est, ipsius est, sedenti benedictio, & veneratio, & robur.

Vat. ab. Pagn. Gloria & imperium. Syrus. n. 14. Et illi seniores ceciderunt, & adoraverunt.

Oecumen. Et prociderunt in facies suas.

Arabicus. Et senes prostrati adoraverunt.

EXPOSITIO XI.

Et omnem creaturam. Deum est supra, quod Joannes audivisset quatuor animalia, viginti quatuor seniores, & millia millium Angelorum referre. Nunc vero scribitur ceteras omnes creaturas easdem laudes intonasse. Et quae in caelo est. Ut sunt omnes sancti, Sol, Luna Stellae. Et super terram; omnia animata, & inanimata. Et sub terra; ut animae in Purgatorio detentae, ut inquit Suar. Rjbeira, & alii, & etiam quae sunt in limbo, ac in Inferno; ut Daemones ac damnati, ut inquit Divus Gregorius Dialog. 4. Rupert. & alii. In nomine Jesu omne genu flectatur caelestium, terrestrium, & infernorum. Coguntur enim Daemones Christum, ac Deum pro Domino agnoscere, & revereri.

260.

D. Greg. Rupert.

Et

Et quae sunt in mari. Nempe pisces, margaritae, & gemmae. Et qui in ea. Classibus suis navigant. Omnes autem dicentes Deo & Agno laudes, idque voce cuique propria: nam etiam in irrationabilibus, & inanimatis: ipse propriae perfectionis a Deo acceptae ostentatio, ut divinae sapientiae potentiae, bonitatis clarissima narratio, confessio, & laudatio. ut ait Philo lib. de Plantati. Noe. Similiter creaturae irrationales dicuntur Deum laudare. Daniel. 3. num. 59. & Psalm. 148. n. 3.

Philo.

Dan. 3.

Et quatuor animalia dicebant Amen. Vox est apud Hebraeos precantis, & affirmantis, ac si dicatur; Certè ita est, vel dignum est, ut talis laudis confessio detur Deo, & Agno, & viginti quatuor seniores ceciderunt in facies suas, Agnoscentes, & supplices venerantes Dei maiestatem. Et adoraverunt viventem in saecula saeculorum. Deum nempe sempiternum, qui essentialiter est vita, in cuius comparatione nullum aliud vivens dicitur, qui ab aliis vitae puritate, felicitate, plenitudine distat in infinitum.

QUESTIO XXVIII.

Quare eadem glorificatio, quae datur sedenti in throno, decantatur etiam Agno ob librum reformatum?

263.

D. Thom.

Omnes creaturae dicebant, sedenti in throno, & Agno benedictio & honor, & gloria, & potestas in saecula saeculorum. Deo, & Agno impenditur benedictio dum multa sedulitate perpetuae posteritati, ac aeternitati consulitur; honor ut definitur a Divo Thoma 2. 2. q. 103. art. 1. & 2. est restitutio excellentiae alicujus. Omnes enim creaturae sua perfectione, ac natura testificant Dei excellentiam. Gloria ei datur, dum illius iusta perficiunt; potestas vero, sive robor, & imperium, dum ad illius nutum, vel subsistunt, vel deficiunt. Ad quaestionem.

264.

Dignus imperio censetur qui pro aliis vitam dat.

Richard.

265. Apoc. 4.

Et primo, unde fieri potuit ut alta confessione tanta gloria daretur ab omni creatura sedenti super throno, ac Agno; merito sane idem honor praedicatur exhibendus sedenti super throno, ac Agno; eademque potestas, seu imperium, ut alii legunt, ei decantatur. Nonne homines ipse redemit? Ne mireris ergo creaturas etiam irrationales praedicasse Agnum imperio dignum, qui enim pro aliquibus redendis vitam profunde, dignus etiam est aliorum dominio Favet Richardus Victorinus. Non solum dignus est salvator virtute, & quae supra dicta sunt accipere per laudem, & gratiarum actionem, sed omnem creaturam per potestatem. Cum sit salvator pro nobis vitam dans, dignus sit accipere gratiarum actionem, & omnem potestatem.

Secundo; Viginti quatuor seniores Deum adorant dicentes cap. 4. num. 11. Dignus es Domine Deus noster accipere gloriam, & honorem, & virtutem: quia tu creasti omnia, & propter voluntatem tuam erant, & creata sunt. At vero Agno decantant viginti quatuor seniores, quatuor animalia, & millia millium Angelorum dicentes voce magna. Dignus est Agnus, & verus in Apocalypsim, Tom. 1.

qui occisus est, accipere virtutem, & divinitatem, & sapientiam. Et statim subditur: & omnem creaturam, quae in caelo est, & super terram, & quae sunt in mari, &c. ut in praesenti habetur. Apertè hic sermo refertur ad humanitatem, ut notant communiter Patres Andr. Celsar. Aretas, Primasius, Ansbertus, & alii; & manifestè patet ex verbis. Qui occisus est. In humanitate Dominus passus & mortem sustinuit; ex quo grande insurgit dubium. Cur dum Christus Dominus celebratur laudibus, ratione Divinitatis, cuius imperio cuncta creata sunt; viginti quatuor seniores gloriam, & honorem Deo decantant; ac dum Agnus occisus ob humanitatem, in qua supportavit mortem, & passionem, acclamatur, non solum astant seniores, & millia millium Angelorum, sed etiam omnis creatura, quae est in caelo, & in terra, & sub terra, ac in mari factis acclamationibus Domini excellentias intonant? Agnus occisus multis opprobriis, & flagellis, & clavis, lancea, cruce, ac morte hanc sibi gloriam comparavit, & honor, ac majestas, quae tanto sterit sanguine, & sudore in magna aestimatione, ac pretio habetur, & inde Dominus maxime gaudet eam magnis acclamationibus sublimari, ac decantari. Glossa Ordinaria. Quamò plures, tanto Glossa major attestatio, & majus gaudium.

Andr. Cels. Aretas, Primasius, Ansbertus.

In magno pretio est dignitas, quae labore, ac sanguine comparatur.

Tercio Omnes audivi dicentes, sedenti in throno, & Agno benedictio, & honor, & gloria. Cur inter hanc laudum decantationem, primum Deo datur benedictio. Creaturae in exordio suae creationis benedictionem a Deo acceperunt, per quam accepta fecunditate propagationis usque ad hanc diem in sua specie multiplicatae sunt, & deinde multiplicabuntur usque in finem saeculi: Ecce cur in praeconiis creaturarum primum est benedictio, quia per eam benedictionem subsistimus, ac perseveramus in vita, ei primum benedicere, ac in sempiternum vivere debemus, & acceptam benedictionem a Deo referamus, ipsum benedicentes. Rupertus: Sunt quaedam creaturae, ait, quae non solum praecepto eius in natura sunt, sed etiam benedictione eius in sua successione posteritate subsistunt, scilicet omnis creatura vivens, atque motabilis, quam praedixerunt. Aquila in species suas, & omne valat le secundum genus suum. Genes. 1. Vidit Deus quod esset bonum, benedixitque eis: dicens crescite, & multiplicamini & replete terram. Respondeo ergo primam benedictionis vocem emittunt ei, per cuius subsistunt benedictionem; benedictione accepta fecundatur creatura, prima vox eius sit, Deum benedicere.

Glossa.

266.

Per cuius benedictionem subsistimus, ac perseveramus in vita, ei primum benedicere, ac in sempiternum vivere debemus, & acceptam benedictionem a Deo referamus, ipsum benedicentes. Rupertus.

267.

Quarto, occiso Agno fortitudinem, virtutem, & gloriam, supremam potestatem, ac imperium decantant, non solum seniores, & quatuor animalia, sed etiam omnis creatura, quae est in caelo, super terram, & sub terra; & unde Agno tam superexcelsa Dominatio? Leo dicitur Rex inter animalia, cuius fortitudini, omnia se subiectant inter animantia. At vero Agno non solum animalia, sed universae creaturae, quae sunt in caelo, & quae super terram, quae sub terra, valde promptè, ac gratulantur & subijciuntur; unde Agno tanta vis, ut omnes creaturas trahat in sui regni dominationem? Agnus valde innocens est, ac simplicissimus absque ullo duplicitaris dolo, & simplicitas, ac innocentia inter omnes virtutes.

Simplicitas valde apta ad regnum, & ipsum munit.

D. Irenzus.

tes maximè apra est ad regnum, ipsūque munit, ac firmat. D. Irenzus lib. 4. hunc Apocalyp. locum sic ad nostrum intentum expendit. Non alius poterat, ait, aperire librum paternum, nec videre eum, nisi Agnus, qui occisus est: qui omnia verbo fecit, & sapientia adornavit, accipiens omnium potestatem, quando Verbum caro factum est; ut quemadmodum in cœlis principatum habuit Verbum Dei, sic & in terra haberes principatum, quoniam homo iustus, qui peccatum non fecit, nec dolus inventus est in ore eius. Expende illa verba, In terra habere principatum, qui peccatum non fecit, nec dolus inventus est in ore eius.

268. Matth. 10.

Ait Christus Dominus suis Apostolis. Estote prudentes sicut serpentes, & simplices sicut columbae. Matth. 10. 16. Cur Dominus coniungit serpentinam prudentiam cum simplicitate columbae; loquebatur Dominus cum suis Apostolis, quos Principes orbis constituebat, & inde eis sic commendabat serpentinam prudentiam, ut tortuosos sinus, ac latebras serpentis caveant, illiūque versipellem malitiam fugerent. candidissimamque simplicitatem columbae tenerent, ut ita aptissimi totius orbis Principes constituerentur. Tertull. lib. adverb. Valent sic fatetur. Abscondas itaque, ait, se serpentes, quantum potest, totamque prudentiam in latebrarum ambagibus torquat, altè habet, in cœca detrudatur, per anfractus seriem suam evolvat, tortuosè procedat, nec semel totus, lucifuga hostia. Nostra columba domus simplex, etiam in edui, & aperiis & ad lucem. Optima Principis commendatio, ut sic simpliciter, ac candidè procedat, ut nihil habeat in duplicitate, sed univèrsa in candore manifesto.

Simplices, & candidi ad regnum destinantur. Tertul.

266.

Benedicens Moyses tribus Israël, veniens ad Levi, ait ei juxta lectionem Septuaginta apud D. Ambros. citand. Date Levi viros ejus Date Levi manifestos ejus, date Levi sortem suffragii ejus. Deuter. 33. n. 8. Cur inter omnes Tribus pro singulari encomio Levi decantatur, quod viri ejus manifesti erunt, cum fors suffragii ei datur? Singulariter inter omnes tribus datum est Levi sacerdotale ministerium; imò suprema & alta Pontificia dignitas, ideo pro benedictione ei assignatur, quod viri ejus sint manifesti. Qui in alto dignitatis vertice præ sunt, cor habeant patens, & manifestum in simplicitate, & non reconditum, ac occultatum cum dolo ac fallacia Pro quo accipe D. Ambr. lib. 1. Officior. cap. ultimo. Illi ergo ait, viri ejus, & manifesti ejus, qui nihil in corde doli habeant nihil fraudis occultent.

Deuter. 33. Pontifex habeat cor patens simplicitate, non absconditum in dolo.

D. Ambr.

QUÆSTIO XXIX.

Quare quatuor animalia, ac seniores cadunt in facies suas, cum divinas laudes prosequuntur?

170. Apoc. 4.

VT patet ex cap. 4. num. 11. Seniores mittentes coronas suas, adorabant viventem in sæcula sæculorum, dicentes, quia tu creasti omnia, & propter voluntatem tuam erant, & creata sunt. Nunc verò cum Agno occiso. Vignis quatuor seniores de-

cederunt in facies suas. Supremæ Dei majestati supremus cultus debitus est; & maximè cum ostentat creationis opus, quod ita est proprium Dei, ut juxta D. Thomam, nulla pura creatura possit ad hoc sumi tanquam instrumentum, tunc seniore; solum Deum adorant, ac verò Agnum tanquam occisum non solum adorant; sed ante ipsum procedunt in facies suas. Cur ergo profundior cultus exhibetur ante Agnum tanquam occisum, quam ante ipsum divinum nomen cuncta è nihilo producentem? Deus cum creat ostendit supremam suam majestatem, ac potentiam, & inde seniores Deum adorant, qui cuncta creavit; At Agnus tanquam occisus indicabat Christum in sacramento Altaris, in quo ipse est representatio mortuus, & inde seniores cadunt in facies suas, altiori, & profundiori cultu ipsum tunc prosequentes, inter omnia sacra mysteria Christus in Eucharistia maximè venerandus, ac honorandus est à nobis, in ea enim omnes divitias sui amoris in nos profundit.

D. hom.

Eucharistia super omnia divina mysteria veneranda.

271.

Ad quæstionem. Ab actu laudis proceditur ad actum venerationis, ac adorationis, in dè hic datur optimus, ac felicissimus circulus. Incipiunt quatuor animalia, & viginti quatuor seniores Cantum Agni; succedunt Angeli, sequuntur omnes creaturæ; & ipsæ cantantes; tum resicitur ad quatuor animalia, & viginti quatuor seniores, illa dicentia Amen: isti prosternebant se, adorant sedentem in throno, & Agnum.

Felicissimus circulus.

272.

Richardus Victorinus; Ceciderunt in facies suas, ait, qui in vobis Ecclēsia iudices, dum divinam majestatem adorant omnibus creaturis emnere ac summis spiritibus predicabilem, & laudabilem esse, nequaquam de Praeatione sua debent superbiere, sed semetipsos humiliare, & dignum creatori, ac Redemptori Deo venerationis cultum impendere. Viginti quatuor seniores ledebant in sedilibus suis, cum tamen audiunt Dei potentiam, ac majestatem prædicari ab universis creaturis, procumbunt, & prostrati adorant Principes, ac iudices universi, cum audiunt Dei majestatem prædicari, omnem factum deponere, & humiliari tenentur.

Richard.

273.

Sed ad quid seniores & animalia dant Deo benedictionem, gloriam, honorem, & potestatem; frustra enim hoc dictum videtur, nam licet hæc non dicantur, nec optentur, nec inde ei erit minor, laus, gloria, & potestas, non enim ex his aliquid augmentum ei crescit; seniores tamen, ac animalia incessantè hæc decantant, speciali amore eum prosequuntur propter beneficia tum creationis, tum etiam redemptionis ei impensa, & quos verè diligimus, quantum in nobis est maximè optamus, ut potentissimi, ac omni gloria, & benedictione insigniti sint. Divus Thomas. Hoc dicitur, ait, ad ejus magnitudinem, non ut per hoc sit ei major potestas, sicut nec nostra benedictio, vel laus ei dat aliquid, sed ut ostendatur esse potentissimus, & quia dignissime convenit ei potestas: hoc autem ostenditur per modum optantis, propter vim, & devotionem amoris, qui vult Deo, & dirigit Deo, omne quod ad excellentiam pertinet, & in hoc congratulatur: hoc ergo dicimus ex amoris devotione propter divina magnificentia magnificationem.

D. Thom.

274.

Ex his quæ seniores decantant Deo habemus

Cornel.

Aliqui actus via, qui adumbrant cœlestes.

Psalm. 83.

275. Egeni latitiam spirituum. 2. Reg. 1.

Ioan. 8.

276. Psalm. 20. Deus tristitiam parèd, gaudia affluenter communicat.

hemus obscuram quandam speciem ejus celestis vitæ quæ igitur in Paradiso, ut cum multa pietatè hic notat Cornelius, & aliqui actus jam hic incipiunt in hac mortalitate, qui illam vitam adumbrant; Primus est cognitionis, qua Deum cognoscimus immensum Oceanum omnium perfectionum; Secundus est reverentiæ, & devotionis; Tertius est amoris concupiscentiæ, quo eum ut auctorem omnis nostri boni diligimus. Quartus est amoris amicitia, quo eum amamus ut summè amabilem; & in se continentem omnem virtute, & honestate, hinc nascitur Quintus actus gaudii, & complacentiæ de ejus bono; & Sextus congratulationis; & tandem Septimus jubilii, quo jubilat, & exultat in illo mens, juxta illud: Cor meum, & caro mea exultaverunt in Deum vivum.

Hinc Anna Samuelis mater ipso nato decantat Exultavit cor meum in Domino. 1. Reg. 2. n. 1. exultavit, id est extra se saltando, quod significat ingentem lætitiã ex divino dono; quæ in se non capiat, sed foras erumpat, unde Christus de Abrahamo ait: Exultavit ut videret diem meum. Ioan. 8. n. 10.

Hinc David ait Domino Psalm. 29. num. 12. Concidisti succum meum, & circumdediti me lætitia. Et quænam est hæc lætitia, ad cujus receptionem, necesse fuit succum, seu corpus illius committere? lætitia erat spiritualis à Deo communicata, quæ tanta erat ut non posset teneri à parte illius, interiori, sed etiam tota pars exterior in orbem lætitiæ perfunderetur;

nam licet Deus tristitiam parèd admodum propinet juxta illud. Potum dabis in lacrymis in mensura Psalm. 79. n. 6. Hoc est tenuiter, ut explicat Card. Hugo sicut & illud Ezech. 4. num. 11. Aquam in mensura bibes. Hoc est in parcitate; tamen lætitiã tam affluenter communicat, ut se in corda non contineat, sed in corpus redundet, ad quod respicit Divus Cyprianus Epist. ad Donatum, Non, ait, in capescendo munere cœlesti, mensura ulla, vel modus est: profluens largiter spiritus, nullis finibus premitur; nec cœlestibus claustris intra certa metarum spatia refrenatur. Manat jugiter, exuberat affluenter.

Psalm. 79. Hugo: Ezech. 4.

D. Cypri.

277.

Tanta est Dei lætitia, quæ diffunditur in iustos, ut ad eam sustinendam peccasse sit à Deo armari, & roborari. Huc spectat illud Sapient. 4. num. 7. Videbunt finem sapientis, & non intelligat, quod cogitaverit de illo Deus, & quare munierit illum. Non intelligunt, quare munierit Deus sapientem è vita discedentem, quia non noverunt magnitudinem, & immensitatem gloriæ, ad quam migrat, quam ut sustineat, roboratur à Deo, & valde munitur. Huc spectat Divus Nazianzenus in Apologia, ubi appellat felices hominum animos, à corpore excussos ad cœlestem patriam remeantes: sic ait; quos spiritus armat in gloriam. Pulchre innuens manus Divini spiritus erga beandos homines, niturum, qui illos armar, ut immensum gloriæ pondus valeant sustinere.

Sap. 4.

Iusti corroborentur à Deo, ut tantum gaudii pondus sustineant. D. Naz.

